

Monitum Lectori

factum historicum memoria commendans,
quod occasione hujus operis Roma accidit 1766,
quo tempore in Vrbe erat qui hac scribit.

Hoc opus, lector benavole, quod ineunte mense
Majo Roma primum prodijt 1766, mox ut cepit
per urbem vulgari, eruditorum animos vehementer
commovit. Observarunt nonnulli Patrem Iulium
Cordàra Soc. Jesu Theologum et historicum (et is
operis auctor) pag. 11. ubi de Theologia loquitur, Sin
questa sublimissima facoltà, hac de B. Simone
Roxas contra veritatem scripsisse, ac ptoalo man-
dasse: = le sue sentenze erano, non le più splendi-
de e pellegrine, ma le più sode e ben fondate,
e nelle materie controverse della grazia (nota
bene) si attenne à quella ~~sentenza~~ del Mo-
lina, che era di quel tempo in gran voga
per quasi tutte le scuole ed università della
Spagna =.

Qua latine redduntur, ut ab omnibus
intelligantur: = sententia, quas in Theologicis dis-
ciplinis consecrabatur (B. Simon Roxas) nec splen-
didiores erant nec peregrina, at erant tamen

solidiores, et pro alijs magis fundata: ac in questio-
nibus controversis de gratia, Molina secutus est sen-
tentiam, qua eo tempore erat in omnibus perie-
Hispaniarum scholis et Universitatibus maxime
celebrata. Quâ dicendi ratione tria schola sua
Moliniana consecutus erat prasidia, eaque
Romanorum Censuram calculo comprobata: 1. quod
Molina systema de gratia solidum haberetur, ma-
gisque conforme Scripturae et Patribus. 2. quod toti
ferè Hispania acceptum ac probatum fuerit, cum
Roma Molina causa discutiebatur coram Clemen-
te VIII. et Paulo V. quo tempore in vivis agebat B.
Roxas. 3. quod huic Molina systemati B. Roxas
illudque ^{quod suis discipulis sequendum tradidit} firmiter
adhaerit, valisque commendaverit.

Hac, in-

quam, schola sua Moliniana consecutus erat
prasidia, si non apud omnes, at cerè apud eos
quibus usu venit libros Roma editos et probatos,
si qui sunt eorum sententijs faventes, tanti face-
re, ut nimia confidentia dicant certum esse
et indubitatum quidquid in ipsis continetur.

Ve-

tum ea de re monitus R^mus Ricchinius Sac.
Palat. Apost. Magister. Opus de more cum exa-
minasset, illud confestim prohibuit, donec corrige-
retur. Quod ubi scivit P. Antonius Moreno Mora-
les natione Hispanus, et ex Ordine Calceat. Sma
Trinitatis alumnus (erat is partulator causa B. Roxas)
eundem R^{mum} Ricchinium supplex adiit, ut ab
eo, si fieri posset, causas lata prohibitionis exqui-
reret: cui dixit causas se habere justas et graves,

nec aliunde quasitas quam ex authenticis actis
processus ejusdem B. Roxas. In hujus siquidem B.
processu tres adducuntur testes, qui juramento in-
terrogati et examinati expressè deponunt Beatum
Roxas Sti Thomæ doctrinis firmiter adeo semper
adhasisse, ut sua Provincia Caput effectus, lectoribus
sub pœnis et censuris graviter vetuerit, ne aliquam
Vasquezij, vel cujuscunque alterius doctrinam et
sententiam docerent, aut defenderent, quæ Sto Tho-
mæ esset contraria. Nisi itaque opus emendaretur,
et ad horum testimoniorum fidem accuratè corri-
geretur, à lata prohibitione se nunquam recessu-
rum, intelligeret.

Quò auditò, P. Moreno Morales,
vehementer irascebatur; nec quid agendum sciebat,
ut suo postulitoris officio posset cumulati satisfacere.
Jam enim dies imminebat 19. ejusdem mensis
Maij, (quâ die decreverat Clemens Papa XIII. pe-
ragendam fore solemnem beatificationem Simonis
Roxas), nec poterat tam brevi tempore alterum cudi
opus, quo hujus Beati vita in publicam lucem
emitteretur: quod tamen consuetò Curia Romana
more facere solent causarum postulatōres, quoties
aliquis servus Dei solemniter beatificatur.

In hinc re-
rum angustijs constituto P. Moreno Morales, ut
eius honori confuleret Q. mus Richinius viam ex-
cogitavit brevem, et expeditam. Itaque, Romani
Pontificis accedente consensu, præcepit, ut ab edito
opere extraheretur folium, in quo Auctor falsò di-
cebat B. Simonem Roxas in quæstionibus contro-
versis de Etæria secutum esse Molinæ sententiam,
quodque expunctis illis duobus verbis = del Molina =,

alterum folium sine illis verbis rursus caderetur, et
in singulis exemplis ibidem loco prioris folij substitue-
retur, ac conglutineretur. Atque re quidem vera ita
factum est. Nam, ab omnibus operis exemplis (si u-
num vel alterum excipias, quod a causa potius
latore fuerat prius in Hispaniam transmissum)
extractum fuit folium illud mendosum, alterumque
rursus fuit extractum folium correctum et emenda-
tum, quod quidem prioris folij loco fuit in singu-
lis operis exemplis denuo conglutinatum. Atque id
poterit facile quisque cognoscere, si folium diligenter
obseruet, quod est inter paginam 10. et 13. positum:
videbit enim esse folio immediatè sequenti novi-
ter adjunctum, eique noviter conglutinatum.

Ut autem scirent omnes quibus causis permotus
Quis Ricchinius Opus istud prohibuerat, nec illud
nisi emendatum postea permiserit, nonnulla fi-
deli manu transcribenda curavit ex actis authen-
ticis Processus B. Simonis Roxas. Sunt autem
ea quae subiiciuntur.

Copia d' un Squarcio del Processo
sopra le vittu del B. Simon de Roxas

Summario num. 9. Fides Vener. Servi Dei

Nella pag. 59. §. 41. Tertis 104. ita deponit:

= Per più efficacia, e sicurezza nella sua dottrina,
sempre seguiva quella di Tommaso, Agostino, e
Bernardo, e nella Morale S. Gregorio =

Nella pag. 62. §. 64. tertis 133. ita deponit:

= Nelle opinioni di Teologia, era gran discepolo de'
Santi, seguendo solamente la dottrina di S. Tom-

maso, S. Agostino, S. Bernardo, e degli altri Padri della
Chiesa, come lumi della vera dottrina, e più congon-
ti alla Fede, che la dottrina d'altri dottori, che
non sono così santi.

Della pag. 64. §. 83. Testis 177. *Mus et Lm*
D. Didacus de Lerman Patriarcha Archiepiscopus
Hippalensis annorum 54. ciscitas, ita deponit:
= Era tanto fedel cattolico, che le dottrine di che
si serviva in sacra Teologia erano di S. Tommaso,
e con tal affetto, che per atti particolari da lui fatti
nel collegio della università d'Alcalà sopra aver
visto difendere l'opinione del P. Vasquez, ordinò
sotto pene, e censure, che i suoi Religiosi non sotto-
nessero opinione, ne dottrina, che non fosse di S.
Tommaso, come la più massicia, e fondata.

Quom-
nia latine redduntur, ut ab ij etiam intelligi possint,
qui linguam Italianam ignorant.

Exemplum nonnullarum rerum,

qua continentur in Processu sup. virtutibus
Beati Simonis Rexa,

suntque excerpta ex Summario num. 9.

Tit. Fides Vener. Servi Dei

Pag. 59. §. 41. Testis 104. ita deponit: = Ad majorem,
inquit, efficaciam et securitatem in sua doctrina
habendam, semper sectabatur doctrinam S. Tho-
mae, Augustini, et Bernardi, et in morali-
bus doctrinam S. Gregorij.

Pag. 62. §. 64. testis 133.

ita deponit: = In opinionibus, inquit, Theologiis mag-
nus erat Sanctorum discipulus, solumque sectaba-
tur doctrinam S. Thomae, S. Augustini, S. Bernar-
di, et aliorum Ecclesiae Patrum, tanquam quae
lumina sint vera doctrina, Fideique magis con-
juncti, quam doctrina aliorum doctorum, qui

sanctitate non fulgent. Pag. 64. § 83. Testis 177.

~~Et~~ Facio, inquit, erat Catholica Fidei custos in
negertimus, ut in Sacra Theologia, doctrinis ut
retur S. Thoma; quas tali prosequeretur affectu,
ut, quoniam viderat Patris Vasquez opinionem
a Sodalibus suis aliquando defendi, speculianibus
statutis a se editis, et in Collegio Universitatis
Complutensis promulgatis, sub penis et censuris
ordinaverit, ne a suis Religiosis opinio, aut doc
trina sustineretur, quae non esset S. Thoma;
cum hujus doctrina inter alias sit magis solida,
magisque fundata.

Hic itaque datus testimo
niji Donus Ricchinius Sac. Palat. P. Post. Magister
Opus istud merito prohibuerat, nec illud per
mittere voluit, donec expunctis illis verbis del
Molina, correctum et emendatum iterum pro
diceret. Qua in re hujus Sapientissimi viri a
quitatem et prudentiam laudantur homines
eruditi: contra vero mirati sunt audaciam
P. Cordara. Neque enim fas est credere
hunc Societatis virum latuisse quid de suo
gratis Systemate scripsit P. Molina: scripsit
autem, suam de gratia doctrinam non so
lum novam esse, et a se excogitatam, sed
Augustino etiam et Thoma contrariam. Id
probe noverat P. Cordara hujus Operis auc
tor: immo et noverat quid de B. Simone
Rege juramento firmaverant testes comme
morati. Haec, inquam, omnia noverat P. Cor

dāras sed ut debitam Thomistis gloriam
surriperet ipse, suaeque Scholae Moliniana
presidium adderet, omnia ista callide
dissimulavit; maluitque Molina causam
mendacis dolose juvare, quam veritatem
tot testibus firmatam lectorum oculis sub-
jicere. Asserunt testes Beatum Simonem
Roxas in rebus Theologicis S. Thomae
doctrinis sic adhaerere, ut suis graviter
vetuerit, ne ab hujus Doctoris senten-
tiae unquam recederent. Fatetur Moli-
na, suam de Gratia doctrinam S. Tho-
mae sententiae esse contrariam. Quid
ergo hoc in Opere scripserat P. Cordaza?
mendacium dolosum, et falsitatem
manifestam; quandoquidem scripserat
Beatum Simonem Roxas in questionibus
controversis de Gratia, Molina sen-
tentiam esse sequutum. Merito itaque
prohibitum fuit ejus Opus, nec a Rmo
Riccinio permissum, donec expunctis
illis verbis = de Molina =, correctum,
et emendatum rursus prodiret.

De hoc ergo

monitum te volui, lector benevole, quoniam
hujus facti notitia alijs ejusdem generis
illustrandis historia factis, qua apud
Auctores passim occurrunt, inseruire quam
maxime poterit. Hinc diges mendacium
quoque esse, quod eodem loco scripserat
P. Cordara, nimirum Molina Syste-
ma de Errata tempore B. Roxas fuisse
in tota perie Hispania maxima cele-
brare habitum. Qua de re vide Setty
Historia de Auxilijs.